

Fuero dado en el año de 1118 á los Mozárabes, Castellanos y Francos de la ciudad de Toledo por el rey D. Alfonso VII (1).

Archivo secreto de la ciudad de Toledo, copia en la Colección diplomática del P. Burriel.

Sub imperio alme, et individue Trinitatis, videlicet, et Filii, et Spiritus Sancti unius quidem omnipotentis Dei. Hoc pactum renovatum, et fedus firmissimum jussit renovare, et confirmare venerabilis rex Adephonsus, Raymundi filius, ad omnes cives Toletanos, scilicet, Castellanos, Mozárabes, atque Francos propter fidelitatem, et equalitatem illorum, et illos previlegios, quos dederat illis avus suus Adephonsus rex, det illi Deus optimam requiem, melioravit, et confirmavit per amorem Dei, et remissionem omnium peccatorum suorum. Sic vero, et omnia judicia eorum secundum librum judicum sint judicata coram decem ex nobilissimis, et sapientissimis illorum, qui sedeant semper cum judice civitatis ad exa-

(1) El erudito P. Burriel, hablando de este documento en el *Informe de la ciudad de Toledo sobre pesos y medidas*, pág. CCLXXXVIII, dice: «Por este privilegio dirigido simultáneamente á los Castellanos, Muzárabes y Francos, confirmó D. Alfonso VII, bajo un tenor, los fueros dados separadamente á estas tres clases y su tierra por D. Alfonso VI su abuelo; y este es el fuero municipal de Toledo, que no solo fué el muelle de su gobierno político, civil y criminal hasta San Fernando; sino que por sibia disposicion suya, tomó nuevo vigor y aumento.»

Zúñiga en el tom. I, pág. 68 de sus *Anales eclesiásticos y seculares de Sevilla*, edición de Madrid de 1793, una copia romanceada de este fuero, inserta en una confirmación de Fernando III, fechada en Madrid á 16 de enero de la era 1260, año 1220. No insertamos este documento, porque además de estar muy incorrecto, la traducción es bastante inexacta.

minanda judicia popolorum, et ut precedant omnes in testimonii in universo regno illius.

Similiter et omnes clerici, qui nocte, et die pro se, et omnibus christianis, omnipotentem Deum exorant, habeant omnes suas hereditates liberas in redendis decimis.

Sic vero dedit libertatem militibus a portatico de caballis, et mulis in civitate Toletu.

Et si quis captivus christianus exierit in captivo mauro non det portaticum; et quantum dederit rex militibus Toleti de muneribus, sive proficuis, sit divisum inter illos, scilicet Castellanos, et Gallegos, et Muzrabes, quomodo fuerint in numero uni ab aliis: et quod non sint pignorati tam milites, quam ceteri cives Toletani in universo regno illius: quod si aliquis ausus fuerit unum ex illis in omnibus regionibus suis pignorare, duplet pignora illa, et solvat regi sexaginta solidos.

Ad huc autem; et milites illorum non (2) faciant abnudbam, nisi uno fossato in anno, et qui remanserit ab illo fosato sine veridica excusacione, solvat regi decem solidos.

Et qui ex illis obierit, et equum aut loricam, seu aliquas armas regis tenuerit, hereditent omnia filii sui, sive sui propinquai, et remaneant cum matre sua honorati, et liberi in honore patris illorum, donec valeant equitare. Nam etsi solam uxorem relinquerit, sit honorata in honore mariti sui.

Sic quoque et qui intus civitatis, aut foras in villis, et solaribus suis commoraverint, et contentiones et jurgia inter illos ceciderint, omnes calumniae ipsorum sint suorum (3).

Si quis vero ex illis in franciam, aut in castella, sive ad galliciam, seu quamque terram ire voluerit, relinquat caballerum in domo sua, qui pro eo serviat infra tantum, et vadat cum Dei benedictione.

Et quicumque cum uxore sua ad suas hereditates ultra serram ire voluerit, relinquat caballero in domo sua, et vadat in octobrio, et veniat in primo maio; quod si ad hunc terminum non venerit, et veridicam excusationem non habuerit, solvat regi sexaginta solidos; si vero uxorem non levaverit, non relinquat cum ea caballerum, tamen ad hoc placitum veniat: similiter agricole, et vinearum cultores reddant de tritico, et ordeo, et vinearum frugibus decimam partem regi non plus, et sint electi ad scribendam decimam hanc homines fideles, Deum timentes, mercedem regis accipientes, et quod sit adducta in tempore triturarum messium ad

(2) En otras copias de este documento se omite: *non*.

(3) La confirmacion de Alf. VIII: *omnes calumpnias ipsorum sint eorum.*

horrea regis (4), et in tempore vindemiarum ad torcularia eius, et accepta de eis, cum veridica et equali mensura, videntibus duobus, vel tribus fidelibus civitatis; et hi qui hanc decimam regi solvunt, non sit super eos aliquod servitium ad faciendum supra bestias illorum, nec sernam, nec fossatoria, nec vigilia in civitate, nec in castello, sed sint honorati, et liberi, et ab omnibus laceribus imperati; et quisquis ex illis equitare voluerit in quibusdam temporibus equitet, et intrat in mores militum.

Nam et quicumque habuerit hereditatem, aut villam juxta flumen de fluminibus Toleti, et in ipso flumine molendinum, aut alnagora (5) sive piskera edificare quisierit, faciet sine ullo timore: necnon et habeant ipsi, et filii sui, et heredes eorum omnes hereditates suas fixas, et stabilitas usque in perpetuum, et quod emant, et vendant uni ab alteris, et donent ad quem quisierint, et unusquisque faciet in sua hereditate secundum suam voluntatem. Sic vero, et si avus suus, det illi Deus requiem, abstulit aliquam hereditatem uni eorum per iram, aut per injustitiam absque culpa palatina, quod in ea sit reversus: et item qui hereditates in quacumque terra imperii illius habuerit, iussit ut saiones non intrent in eas, nec maiorinus, sed sint imperati per amorem populationis illius in Toleto. Nam et cum Dei adiutorio de quantis civitatis maurorum, ut habeant fiduciam accipere, ut et illi qui de ipsis civitatibus fuerint, ibunt recuperare hereditates suas, et quod vendicent eas de Toleto cum moratoribus Toleti.

Sic quoque et illi, qui ultra serram sunt, et si aliquod judicium habuerint cum aliquo Toletano, quod veniant ad medianetum in Calatalifa, et ibi se judicent cum eo (6), et per sanctorum patrum obediens, et implere precepta jussit, amplificet Deus regnum ipsius ut nullus judeus, nullus nuper renatus (7) habeat mandamentum super nullum christianum in Toleto, nec in suo territorio.

De cetero vero si aliquis homo ceciderit in homicidium, aut aliquem livorem absque voluntate, et probatum fuerit per veridicas testimonias, si fideiusorem dederit, non sit retrusus in carcerem, et si fideiusorem non habuerit, non feratur alicubi extra Toletum, sed tantum in Toletano carcere trudatur, scilicet de alfada (8), et non solvat nisi quintam partem calunie non plus.

(4) Conf. de Alf. VIII: *adducta ad orrea Regis in tempore tantum triturandi et vendimiandi, et accipiatur de eis.*

(5) Alnagora, palabra tomada de la voz árabe النحو *nawwah* alnaora, que significa *anoria*.

(6) La conf. de Alfonso VIII: *et ibi discernatur eis.*

(7) Segun el P. Merino, *renatus* es el convertido.

(8) الـفـادـا *alfada*, palabra árabe que quiere decir rescate.

Quod si aliquis aliquem hominem occiderit intus Toleti , aut foras infra quinque millarios in circuitu eius, morte turpissima cum lapidibus moriatur. Qui vero de occisione christiani, vel mauri, sive judei per suspicionem accusatus fuerit , nec fuerint super eum veridicas, fidelesque testimonias , judicent eum per librum judicum.

Si quis vero cum aliquo furtu probatus fuerit , totam caluniam secundum librum judicum salvat.

Sic vero etsi peccato impediente aliquis homo cogitaverit aliquam traditionem in civitate , aut in castello, discoopertum fuerit per fidelissimas testimonias , ipse solus pateat malum , aut exilium. Si vero fugerit (9), et inventus non fuerit , porcionem suam de toto suo habere regi accipient, et remaneat uxor sua cum filiis suis in porcione sua intus civitatis, et foras sine ullo impedimento.

Hoc judicium dedit nobilissimus rex Aldephonsus Raymundiz die, quo hoc privilegium confirmavit, et iussit , ut nullus pausaterus descendat in una ex domibus Toletanorum intorus civitatis, nec in villis suis.

Et mulier ex mulieribus eorum fuerit vidua , aut virgo , non sit data ad maritum invita non per se , nec per aliquam potentem personam.

Similiter, et nullus erit ausus rapere mulierem de mulieribus eorum, mala si fuerit, aut bona , non in civitate, nec in via , nec in villa. Et quis unam ex illis rapuerit, morte moriatur in loco.

Sic etiam honorem christianorum confirmavit , ut maurus , et judeus, si habuerit judicium cum christiano , quod ad judicem christianorum veniant ad judicium , et quod nulla arma , nec ullum caballum de sella exeat de Toleto ad terras maurorum.

Et placuit ei, ut civitas Toleti non esset prestamo , nec sit in ea dominator preter eum , neque vir, neque femina, et in tempore stationis sucurrat Toletum defendere ab omnibus volentibus eam opprimere, sive sint christiani , sive mauri.

Et iussit , ut nulla persona habeat hereditatem in Toleto , nisi qui moraverit in ea cum filiis suis , et uxore sua: et fabricatio muris constet semper de commodis, et de utilitatibus Toleti , sicut antea erat in tempore avi sui Adephonsi regis , sit ei beata requies. Si aliquis Castellanus ad suum forum ire voluerit , vadat , et super hoc totum , exaltet Dominus imperium suum , dimisssit illis omnia peccata , que acciderunt de occisione judeorum , et de rebus illorum , et de totis perquisitionibus tam maioribus , quam minoribus. Omnes vero has consuetudines rex nobilissimo Adefonsus Raymundi filius concessit atque afirmavit ad omnes cristianos in Toleto commorantes et super eas iudicavit illis ita

(9) La conf. de Alfonso VIII: *Si vero fuerit.*

et dixit per Deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre et per Jesum-Cristum filium eius redemptorem mundi et per omnes Sanctos et electos Dei, quos per meam conscientiam et secundum meum posse, has consuetudines non sint fracte, nec prevaricatae, neque dissolute per me non per meam iussionem in perpetuum; et si quis ex meis propinquis legerit hoc privilegium, vel lectum super eum fuerit, comes aut vice comes, potestas sive dux, aut iudex, sive prepositus, potens, aut in potens scienter confringere vel ausu temerario violare presumserit sit anatematizatus, et in corpore et sanguine Christi excommunicatus, et solvat decem libras auri optimi ad regale palacium, et si aliquid fuerit violatum ex hoc privilegio, me sciente vel nesciente, et in patria presens fuerit, quod decem ex maioribus civitatis venient ad me, et scire me facient quidquid ex privilegio fractum est. Et ego tunc cum Dei adiutorio emendabo illud. Facta Carta decimo sexto Kalendas Decembris era MCLVI. Ego Adefonsus Dei gratia imperator hoc totum fieri iussi et omnibus meis comitibus atque potestatibus ad roborandum tradidi et manu mea propria hoc sancte crucis signum ☧ feci annuente Deo.

Bernaldus dei gracia Toletane sedis archiepiscopus.

Hec sunt nomina de moratoribus de Magerit.

Micael Iohanis alcael iuro et conf.

Paterno Didaz iuro et conf.

Petrus Julianus iuro et conf.

وعلي بن خير حلف و كتب عنه (١)

Iohanis Felicis iuro et conf.

Petrus Julianiz iuro et conf.

و عبد العزيز بن حازم حلف و كتب عنه (٢)

و عبد الله بن فقير حلف و كتب عنه (٣)

وابا الحسين بن ميكائيل حلف و كتب عنه (٤)

Iohanes Velasco iuro et conf.

Gastalius Sabrit iuro et conf.

Iohanes Paterno iuro et conf.

(1) Ali ben Jeyr, juró y lo escribió.

(2) Abdo-l-áziz ben Házem, juró y lo escribió.

(3) Abdollah ben Fakír, juró y lo escribió.

(4) Abu-l-hasan ben Micayel, juró y lo escribió.

Borgonius iuro et conf.
 Petrus Dominici iuro et conf.
 Dominicus Donniz iuro et conf.
Ego Gomez Nunez conf.
 Pelagi Suarez iuro et conf.
 Pelagius Billtz iuro et conf.
 Assur Sanchiz iuro et conf.
 Pelagius Petrizz iuro et conf.

Moratores de Alcañiz.

(5) سليمان بن حازم حلف و كتب عنه
 Petrus Dominici iuro et conf.
 Iohanes Petriz iuro et conf.
 Petrus:::::::::: iuro et conf.
 Iohanes Pelagiz iuro et conf.
 Munio Rapnaciz iuro et conf.
 Sancius Dominici iuro et conf.

Moratores de Talavera.

(6) هابيل بن العطا حلف و كتب عنه
 Andres Amikiz iuro et conf.
 Lambert alcaed iuro et conf.
 (7) أبو اسحاق حلف و كتب عنه
 Nunno Pelagiz iuro et conf.
 Munnio Didaz iuro et conf.
 (8) و خلف القتال حلف و كتب عنه
 (9) و يولد بن عثمان حلف و كتب عنه
 Iulian Petriz iuro et conf.
 Iohanes Stebaniz iuro et conf.

- (5) Suleyman ben Házem, juró y lo escribió.
- (6) Hábel ben Al-áttā, juró y lo escribió.
- (7) Abu Ishac, juró y lo escribió.
- (8) Jalf Al-catal, juró y lo escribió.
- (9) Yulad ben Otsman, juró y lo escribió.

Pelai Bermudiz iuro et conf.

(10) و عبد الرحمن بن عبد الرحمن حلف و كتب عنه Martinus Munioz iuro et conf.

Petro Cur..... (11)

Ego ✠ Comes Petrus iuro et conf.

Rudericus Petriz iuro et conf.

Sanctius Sanchiz iuro et conf.

Arias Petriz iuro et conf.

Moratores de Makeda.

(12) و غالب بن عبد العزيز حلف و كتب عنه Micael Vivas iuro et conf.

Pelagius Gusendiz iuro et conf.

(10) Abdo-r-rahmán ben Abdo-r-rahmán, juró y lo escribió.

(11) Gálíb ben Abdo-l-áziz, juró y lo escribió.

(12) En el codice de la Bib. nacional D. 93 en que se insertan los privilegios de Toledo, se lee el nombre de este confirmante de esta manera: *Petrus Curtilo.*